Epigrammatum

Libellus

SIVE

[illegible] Poetica.

Authore [illegible] IOHNSON in *Artibus Magistro* Cantab.

[illegible]

Londini,

Excudebat *Ioannis Beale*; impensis *Richardi Redmer*.

1615.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

MECÆNATJ SVO

nclytiss. GVLIELMO CAVENDISH *Equ. Filio, & Hæredi Honoratiss.* Herois *Guiliel. Cauendish* Baronis de HARDWICK.

I. IOHNSON perpetuam exoptat fælicitatem.

EN! *tibi (Candidissime Mecænas) hoc, quicquid est, libelli humiliter consecro, in quo si non* ἥδιστα, *at certè* ἥκιστα *inesse Videas; Quapropter, vt illa inter legendũ non rarò desideres: hæc tamen citò perlegendo citra tædium deuores. Vt autem paucas vasce tibi dicarem paginulas, duabus præ-*

cipuè causis impulsus fui. Vna est, vt, cum nuper in gratiam meam literas tuas cõmendatitias non grauatim scripseris, aliquod obseruantiæ, et gratitudinis erga te meæ specimen exhiberem, et pro fauore, quo me dudum dignatus fueris, impræsentiarum redostirem. Quamuis enim non possim (quod Hesiodus monet)

——————————— ἀποδοῦναι
ἄυτῶ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον:

Non committam tamen, vt beneficij tui obliuionem mihi obrepsisse autumes. Altera causa est, quòd (cum a cordato quodam nobilissimi patris tui famulo nuper acceperim, te quotidie fere non solùm in historicis, mathematicis, cæterisque humanioribus disciplinis; sed in grauissimis etiam Theologiæ controuersijs dispiciendis multùm temporis, et diligentiæ collocare

eg

ego lectionem horum Epigrammatum (alternis vicibus interpositam) tibi nec ingratam, nec inutilem fore speraverim, quippe quæ salibus (licèt insicetis) ingenij tui aciem difficillimis studijs hebetatam exacuant, & laboris in seriis negotijs exantlati tædium aliquantisper minuant. Etenim in his poematis edendis nihil aliud mihi propositum fuit, nisi vt lectoribus risum, & amœnitatẽ quærerem: Quorum si tu solus hæc, quæ iam offerimus tenuia, candidè interpreteris, de cæterorũ iudicijs, & censuris minùs laborabo. Faxit Pater cælestis, vt tu ex inimicorũ tuorum insidijs (si quas vnquam tibi struxerint) cauendo tutus euadas, concedatque tibi hîc in terris diu commoranti gratiam beatificam, quæ tibi viam muniat ad gloriam sempiternam.

Ad Lectorem.

SCitè admodum Euripides: πᾶν σύντροφον γλυκύ: Quod quidem in meipso veriſſimũ eſſe comperio; In quibus enim olim ſtudijs educatus fui, & quaſi innutritus, ad eadem, quoties mihi per horas ſucciſiuas licet, libentiſſimè recurro. Quòd autem hæc Epigrammata in lucem, & conſpectum hominum prodeant, id importunis amicorum precibus factum eſt, Tantum enim abfuit, vt ego nugas haſce typis excudendas optarem, vt malem a blattis & tineis corroſas, & Lethæo flumine merſas in tenebris delituiſſe. Non enim ſum neſcius, multos fore vitilitigatores (odioſum genus hominum id ſolummodò agentium, vt deprehendant, quod tantillùm reprehendant)

dant) qui mihi obstrepentes, huiusmodi quædam obgannient: Næ tu nimis impudens, aut certè parum prudens esse videris, quippe qui murem tuum ridiculum parturiens, insulsas hasce lucubrationes in manus hominum exire patiaris: Sunt enim hæc poemata leuiora, quàm vt grauitatem tuam deceant, breuiora, quàm vt ingenij tui vbertatem commendent, pauciora, quàm vt in iustam libri molem, & magnitudinem excrescant.

Verùm enimuero huiusmodi sugillatoribus habeo, quæ non ineptè respondeam. Primò, quòd mihi leuitatem obijciant, id reuera non malè me habet, si quidem hæc lusi magis, quàm scripsi eò, vt mentis ægritudinem grauioribus studijs conciliatam, affanijs hisce conscribendis auerruncarem. Nec video, cur me pudeat vestigijs reuerendi Bezæ insistere, qui in huiusmodi lusibus poeticis consenuit. Deinde, quos breuitas offendit, *Nouerint vniuersi*, me breuem esse laborasse, proinde, quod mihi vitio vertunt, id mihi laudi duco; Nam (vt celeberrimus quidam Epigrammatista canit.)

Est Epigrammatici non esse polygraphon, ergo
Conueniens illi est, esse steganographon.

Postremò, qui paucitatem notant, hisce ego

hanc

hanc hypotheſin opponam. Si noſtra hæc paucula delicatulis arridere palatis intellexero, certè mihi plura propediem conſcribendi eſt animus: Sin ſecùs euenerit, non eſt, quòd epigrãmatum noſtrorum paucitas cuiuis diſpliceat, quæ, ſi plura fuiſſent, plus Lectoribus tædij, & ſatietatis attuliſſent. Sed hæc ἀπολογητικὰ fortaſſe nimis multa. Vnum illud Coronidis vice lectori ſubijciam:

Hæc mea ſi carpas, nunquam mihi turpiter hirtis
Inceſtata metris virgo papyrus erit.

Ad amicum suum M. IACOBVM IONSON.

HÆc tua (Mi Ionsone) legens Epigrãmata do-
Gratulor (eccè) tibi, Gaudeo iure mihi (Eia,
Gaudeo, te scripsisse meo Schedia smata suasu;
Gratulor, applausum te meruisse virûm.
Ridentem Momum, rodentem temnue Theonem,
Securus nasi Rhinocerotis eas.

F. A.

Hexasticon ad Lectorem.

INgenio Genium, Veneres y irtutibus omnes
Carmine compositas hic (bone Lector) habes.
Nescio, quid laudem priùs hic, Res, Verba, vel Artẽ,
Hic, nisi quod laudem, sed nihil esse scio.
Me nisi plùs videat, simul inuideatque, Libellus
Iste, sit vt Censor Μῶμος, ἄμωμος erit.

G. Tuke.

Ad candidissimum Mecænatem
GVILIELMVM CAVENDISH
Equitem auratum.

QVem generis splẽdor, morũ quem *candor* honestat,
Quem decorant artes, Relligioq; beat:
En tibi, ceu Marti, male-cocta altaribus exta,
En μῆλον malum, non lito μῆλον ouem.

Ad eundem.

VEllus oues, villosq; boues, bõbycina Bombyx,
Melliflua osque fauos Attica donat apis,
Dat dentes Elephas, [a] Tergus, tergumq; Caballus,
[b] Flamen primitias, Simia quisquilias:
Dono tibi pro *melle melos*, pro *vellere villos*,
Pro rebus rerum symbola dono tibi
Dono tibi bombos, sed non *bombycina*, dono
Primitias studij, *Quisquiliasque* metri.

[a] *Byrsei dat tergus, Sessori sessile tergum.* [b] Sacerdos.

Ad Potentiſsimum Monarcham IACOBVM Regem Britanniæ Magnæ, &c.

Τῦ βάσις ες λαῶ, βασιλεῦ *Cleriq; Columna;*
In te nam Cleri ſtat, populiq; ſalus.

Ad auguſtiſſimum Walliæ Principem CAROLVM.

CArole, quadruplici diademate, Patris vt Hæres,
Tempora erunt, quando tempora cinctus eris:
Tu tubare exorto Scotiam irradiabis, eritq;
Albion *auſpicijs* olbion *vſque tuis.*

Ad Papam de ieiunijs.

CArne die Veneris veſci, ſcelus eſſe fateris;
Hoc tamen admittis, Papa ſceleſte, ſcelus:
Si corpus Chriſti manduces dentibus, annon
Carne die Veneris veſceris, alte Pater?

Epitaphium Mri BALL nuper Coll. Trin. Cantabrig.

MOrs furibunda pilam *temerè contorsit in vrn*
Inde resultabat sydera adusq; pila.

Collatio { Oratoris, & Arateris / Iuridici, & Rustici.

FAcundus Rhetor verbis, facundus Arator
frugibus, ille ore est suauis, hic ære granis.
Hic spicis, *tamen ille* dicis *gaudere videtur,*
Hic sator *est* vitis, litis *at ille* satur.
Cultor agri satagit rerum, *Rhetorq;* reorum.
Hic dat verba viro; verbera at ille boui.
Ille casas æstu calidus, *sed* callidus astu
Hic casus *ponit, falsaq; vera probat.*
Hic aulis edit ius : Ius caulis edit *ille,*
Rastra *Colonus habet,* Rostra *disertus amat.*

De monacho.

ACcumbens epulis Monachus, cum se satur ásset,
Inserit in sportam frusta relicta suam :
Quod conuiua videns, inquit, Quid cras sit edendum
Nesis sollicitus, Pagina Sacra monet.

Qui Monachus: Ne ſollicitum me cura teneret,
Inſerui in ſportam fruſtarelicta meam.

Ad honoratiſſimum Heroa GVILIEL. CAVENDISH Baronem de Hardwicke.

EST animi candor, quò ſis affabilis, et quò
Clareſcat Nomen, nobile ſtemma tibi eſt.
Quò Μανθ, eſt tibi cum pietate Scientia iuncta,
Quò ſis Εὐτράπελος cum grauitate lepos.
Ingenium, & Genium Caleſtis Gratia ductat,
Regula quò vita ſis imitanda pia.

Ad eundem Geographiæ gnariſſimum.

NON terras, peregrè proficiſcens, non mare tranſis
Non patriæ linquis tu genitale ſolum:
At mores hominum multorum cernis, & vrbes,
Regnorum ritus conſpicis, atque ſitus,
In quauis regione vides memorabile quidvis,
Nempe Geographicos ſæpe legendo libros.
Quodque pererrato dux Cauendiſhius orbe
Viderat, en! melius noſcis id omne domi.

Ad nobiliss. D. PHILIPPVM WHARTONVM Baronem.

INclyta Whartonicæ celebratur Gloria gentis,
Cui summus Martis turbine crevit honos:
At plùs adhuc per te (quod spondent plurima signa)
Est Whartonorum nobilitanda domus.

Trahit sua quenque voluptas.

PRopria, quæ maribus dantur, sunt gaudia quæ
Propria quæ dantur fœmineo generi.
Qui genus, aut sexum variat, nec fœmina, nec mas,
Hermaphroditus habet gaudia rite sua.

A Shrew.

VNguibus in crines nuper grassata Mariti,
A quodam Coniux inde reprensa fuit,
Cui Mulier: Non est, quòd linguam in iurgia solvas,
Nonne caput liceat scalpere cuiq; suum?

Ad A. B.

TV denas libras dederas mihi, Carmina dena
Dotibi, Tu nummos, nos q; decem numeros

Tute numiſma mihi dederas, tibi dono chariſma,
Tu res, nos rerum ſymbola verba damus.

Ad clariſſimum virum M. ROBERTVM PIERREPONT Armigerum.

PIeriî Patrone chori, quo ſoſpite, viuet,
Iná ſuo pretio ſacra Poeſis erit,
Si facis haud ſcõbros metuentia carmina, thuſue,
Quando tibi ſtudijs hiſce vacare libet,
Primitias operis tibi ſacrificare videmur,
Victima ſunt verſus, Ara cor, Ignis amor.
Ea leue, nec quicquam Muſarum pumice læue
Condo, nec condit carmina mica ſalis:
At, ſi digneris radijs luſtrare fauoris,
Non queat Eclipſin noſtra Camana pati.

Anagramma.

ROBERTVS PIERPONTAIVS Armiger
Imago virtutis, re ſperne probra,

QVod monet hoc Anagrãma facis (venerande Patrone)
Nam tu re-uerâ ſpernere probra ſoles,
Regula Iuſtitia, Speculum Pietatis, Imago
Virtutis, Stirpis Speſq; Decuſq; tua.

In Persivm.

Non tua mî placeat, Persî sartago loquendi,
Torquet enim mentem Linea quaq; meam,
Non tua Romulidas rostrata Ciconia pinsit
Tam, tua quàm cruciat me tenebrosa phrasis.

Ad reuerendum Doctorem Carey Decanum Sti Pauli & Collegij Christi in Academiâ Cantabrigiensi præfectum.

Quod Corvus crocitãs, quod Psittacus edidit olim
En tibi χαῖρε cano, cui Charis omnis inest.

Ad papam de coniuratione Puluerariâ 5° Nouembris. 1605.

Siccine nostratem legem, Regemq; Iacobum:
Illam abolere studes, hunc adolere cupis?
Siccine tot Proceres puluis Bombardicus vno
Flamine confundat, papa scelestę, iubes?
Sanctam sanguineâ sic sedem cæde prophanas?
Per tot sic hominum millia multa paras?
At nos incolumes seruauit Rector Olympi
A facibus Fauxi, Faucibus atque Lupi.

In Sextilianvm.

Non es surdaster, nec inutilis auribus, Atqui
Audis (crede mihi, Sextiliane) malè.

Ad Heroinam quandam, munificentissimam Pauperum patronam.

Te laudant alij, vt generis splendore cluentem,
Vt claram ingenio nobilitante genus:
Sed, quòd fis dives positis in fœnore nummis;
Hinc laus debetur maxima iure tibi.
Tu das pauperibus nummos, lucraris at inde,
Nam tibi centuplo plus dabit ipse Deus.
Terrenos, fragilesque alij expisctantur honores,
Celica quæsita est gloria sola tibi.
Vsuram vitæ longam tibi (Nympha beata)
Post funus, fœnus spirituale precor.

Tria odiosa.

Sunt odio mihi trina: superbus egenus, Anarus
Dives, quemq; tenet fœda libido, senex.

De Diana.

Casta Diana * *viro largita est cornua quondam,*
At dare quis castam cornua posse putet?

* Actæoni.

In Collegium Trinitatis Cantabrig:

Extera verbigerans fileat collegia fama,
Memphis Pyramidas nec crepet vlla suas:
Cantabrigia Triados speciosa Palatia spectet,
Quêis patet in laudes area lata satis.
Fons vbi Pierius liquidis exhuberat vndis,
Qui sitibunda sacro Nectare labra riget.
Hinc, atque hinc vasta pinna, præceps q́, minatur
In cælum turris (fulmine tacta recens.)
Claustra sciens mitto, sublimibus alta columnis,
Quæ sumptu surgunt (Clare Neuille) tuo.
Singula quid referam? nil non mirabile cernat
Æmula, disruptis ilibus, Oxonia.

In Perkinsvm sacri dei verbi Ministrum.

O mihi post nullos, Perkinse, colende Ministros,
Qui fueras verbi Buccina magna dei:
Dextera quantum vis fuerat tibi manca, docendi

Polleba

Pollebas mira dexteritate tamen.
Vox tua viua viros cæleſti Nectare pauit:
Mortua ſcripta volant docta per ora virûm.

Tragico-comica Armigeri cuiuſdam conditio.

CReditor impatiens, vſura, Infidus Amicus,
Ius ſummum, largum fœnus, fœdus mihi pactũ,
Poſtulat obnixè, extorquet vi, frangit apertè:
Hæc tria me ſpoliant, peſſundant, ludificantur.

Rex regum, Coniux, & Cancellarius æquus,
Numine, Conſilio, ſummi moderamine iuris,
Afflictum, curis diſtractum, iuſta petentem,
Protexit, iuuit, defendit, vt Ægide Pallas.

In Obitum Epiſcopi cuiuſdam.

HIc ſitus eſt Præſul, quo non præſtantior alter
Ore *ciere viros*, zelumque *accendere* voce:
Pandere ſeu vellet *myſteria* læta ſalutis,
Legis ſiue minas *indicere Peccatori*.

Ad OENVM celeberrimum Epigrammatistam.

QVid tua collaudem laudata Epigrãmata cũctis!
Buccina quid famæ sit mea lingua tuæ?
Nil opus est hederis commendatricibus OEno
Per se præstabili, vendibilique satis.

Ad inertem Sacerdotem quendam.

PAscis oues: hoc est, ouium depasceris artus,
Pabula quêisq́; negas, vellera poscis oues.

Ad Meretricem quandam.

NOn lanâ, ac telâ victum (Meretrix) tibi quæris
Prostituis corpus [a] Forma dat [b] esse tibi.
[a] Thy beautie earnes thy bread. [b] Esse ab edendo.

In MANLIVM TORQVATVM, qui filium suum occidi iussit.

VSque ad eone tuæ bacchans exæstuat iræ
Impetus, vt proprio filius ense cadat?
Ὀργὴ *tanta tibi est, vt* Στοργὴ *nulla supersit?*
Esse cui dederas, vt superesse vetes?

Nec

Nec placare hostis queat hostia grata furorem?
Pergis at in Nati (sæue Tyranne) necem?
Caucaseis oriundus eras e cautibus, & quæ
Vbere nutriuit te, puto, Tigris erat.

In Petri Rami Dialecticam a Ioanne Piscatore emendatam.

Forma anima est hominis, Ratioq́ animæ, rationem
Informat Rami paruulus iste liber.
Paruulus, hinc melior, tantoq́ minoris emendus,
Paruulus est, verùm debuit esse minor;
Nam bene Piscator quiddam notat esse redundans
In primo libri limine, nempe benè.

In Petri Rami Theologiam.

AVreus Æneæ ramus per deuia eunti.
Muniuit quondam Tartara ad imæ viam:
At Petrus Ramus, meliori stemmate cretus,
Ad regna, ostendit, Cælica quâ sit iter.

Maritus ad vxorem.

*TE colo, non peto rem, virtus, non splendida
Ducere me fecit te, mea *Penelope*. (forma

* *Versus recurrentes.*

Musicus

Musicus, Arithmeticus.

ILle notat rithmos, hic rerum spectat arithmos,
Hic solum summas curat, at ille sonos.

In Papistam.

QVid baptizatæ sonitu reboante fugare
Dæmona campanæ (stulte Papista) paras?
Tam citò deterrere potest ab ouilibus agnus
Balatu vulpem, quam premit esuries.

Lolles are lessons.

SVnt noeumenta mihi documẽta; πάθημα μάθημα,
Βλάμμα διδασκαλικὸν quiputo βλάμμα tenet.

Baccho melior Tabaccus.

QVeritur, an spumãs Bacchus, fumãs ue Tabaccus,
Plus ue calor siccus, succus an iste iuuet.
Hic inflat venas, efflat tamen ille vapores,
Humores putres hic creat, ille secat.
Ingerit hic saniem, tamen egerit ille saliuam,
Hic renes, Rhinas calfacit ille duas.
Ille viros pur is puros facit, vsq; spuentes,
Hicque Sui similes, dissimilesq; sui.

Bacchus

Bacchus melior Tabacco.

Bacchо latatum cor, lethatumque Tabacco eſt;
Dolia ſunt cordi, cordolio que vapor.
Humidus iſte vapor tetro nos vexat odore:
Humidus iſte liquor cuiq; ſapore placet.
Roborat hic vires, virus fatale ſed ille
Suggerit; hic reficit, conficit ille viros.
Ille viros vacuos facit are, hic ore diſertos;
Proluit hic guttur, polluit ille gulam.

Tabacci fumus vino anteferendus.

PVrgat hic vinis cerebrum grauatum
Fumus, & morbis variis medetur;
Pharmacum nullum citiùs Tabacco
Rheumata tollit.

Digerit carnes putridas Tabaccus,
Egerit crudum ſtomacho cibatum,
Suggerit maſtis animis medelam
Fumeus hauſtus.

Guttur emundat pituitá ab omni,
Permeans venas, aperit meatus,
Sanguinem craſſum coquit, & repurgat
Flamma Tabacci.

Ergo

Ergo sit Bacchо potior Tabaccus,
Quippe qui morbos abigat latentes,
Nec bonos vsus adimat Tabacci
Turpis abusus.

Tabacci fumo vinum anteferendum.

OBruit densâ cerebrum vaporum
Nube, & exsiccat nimiùm Tabacum;
Pharmacum nullum citiùs Tabacco
Tollit orexin.

Digerunt escas mera duriores,
Egerunt offas stomacho nocivas,
Suggerunt ori placitos lepores
Massica vina.

Efficit guttur nigrius Camino,
Afficit venas nimio calore,
Inficit nigrâ cholerâ cruorem
Fumens ardor.

Ergo sit Bacchus potior Tabaceo,
Quippe qui mentes hilaret grauatas,
Orta sed potu nimio Tabacci est
Hectica febris.

Vsura est licita.

*Vsuram passim commendat * Pagina sacra,*
Publica quâ pariter res stetit, atque salus.
Hæc miseris fautrix vtenda nummisma donat,
Vt victum acquirant inde labore suo.
Commodet vt multis, hæc multis commodat autum;
Hanc tolerat lex, Grex vtilitate probat.
Liberat hæc multos inopinâ candida clade,
omnibus hæc gratis grata ministrat opem.

* Luc. 19. 13. Deut 23. 20.

Vsura non est licita.

*Vsuram passim condemnat * Pagina sacra,*
Publica quâ pariter res ruit, atq; salus.
Ignauum fucos pecus hæc enutrit inertes,
Melle laborifera qui saturantur apis.
Hæc vni fanus sed funus millibus adfert:
Hanc Lex Angliadum limitat illicitam
Opprimit hæc multos inopinâ subdola clade,
Hæc nullis gratis grata ministrat opem.

Ezech. 18. 13. Prouerb. 28. 8.

Cedant

Cedant arma togæ.

CEdat Mars Paci, quàm cedere, cadere malens;
Hæc patria fanus, funus at ille parat.
Hæc patriam munit, quasi murus aheneus; Ille
Bella ciens, bellis omnia bella premit.
Hæc Musas saluere iubet, iubet ille valere,
Vndiq; mortales hæc beat, Ille beat:
Classica sæua canit Manors; sed classicus Author
Prælectus pueris tempore pacis erit.
Sedibus hæc placidis, sed cædibus ille cruentis
Gaudet: Sola solet copia vtrumq; sequi.

Copia duplex.

ALtera bella gerit, plenum gerit altera cornu,
Altera lethifera est, altera latifica.

In BELLARMINVM.

SIgnum, & signatum longè diuersa videntur,
Bellarminus idem fecit vtrumq; tamen:
Esse etenim Christi, panem contendit eundem,
Corporis & signum, Corpus & esse simul.

Bellarmini

Bellarmini responsio.

Falleris, haud phaleris mos est mihi fallere quenquã.
Non ipsum panem symbolon esse volo;
Est adiuncta, Colorque, Saporque, & cætera, panis,
Corporis existunt symbola, Christe, tui.

Confutatio Responsionis.

Vm sine subiectis possunt Adiuncta manere,
Si verus panis sit, sine pane, sapor.
Miraclum est, inquis, verùm miracula cessant,
Papicolis quamuis Artolatria manet.
Vos carnem facitis, Papista, ex pane sacrato,
Hinc vos Carnifices iure vocare queam.

In Obitum Principis Henrici.

Funera defuncti, sed nunquam munere functi
Regali, Henrici millia multa gemunt;
Quid lacrimis lachrimas prodest superaddere nostras?
In fontem frontem solvere quidve iuvat?
Lumina quid refert in flumina vertere flendo?
Ascitus superis hinc remeare nequit.

Sed luctum suadet Pietas, & funebre carmen,
Quod dictat mœror, scribere iussit Amor.

Rex lachrymãs, Respublica flens, Ecclesia plãgens
Nato, Altore suo, gesturo Principe sceptra,
Vsquè sibi, Angligenis sæper, priùs Anglo-papistis
Morigero, meritò deflendo, iurè tremendo,
Orbatus, spoliata recèns, priuata repentè,
Ingeminat luctus, mæret, squallore sepulta est.

Regis, & Reginæ luctus.

EN Priamus noster deplorans Hectora paruum!
Andromachęq; gemens Astyanacta suum.
Hθεος eximij qui ni documenta dedisset,
Planctibus haud tantis flendus virique foret.
Tu, Pater, Henrici specimen virtutis, & artis,
Tu, Mater, spectans indolis, *inde doles.*
Non magis occisum Dauid fleuisse putetur
Natum, vel Natos ingemuisse Rachel.

Ecclesiæ ploratus.

QVem mihi firmum Columen futurum,
Quem decus summum, Caput & suprem
Quemque Tutarem fidei sacratæ
Esse putabam,

Qui

Quem dei verum ſtabilire cultum,
Vſq; Romanus licèt Antichriſtus
Dentibus frendens, fremeret nefandæ
Hæreſis Author,

Quem meos dios retinere ritus,
Vſq; Brouniſtâ, Canones nefandis,
Quos ſacros ſanxi, lacerante probris,
Velle ſciebam:

Occidit florens tenerâ Iuuentâ
Noſter Henricus, ſpecimen futuræ
Qui dedit nobis Aretes, piaq;
Relligionis.
Hoc ego tanto ſpoliata fulcro,
Heu! ſinus fletu quoties rigauì!
At meas curas minuit Iacobi
Altera proles.

Macte doctrinâ, Sophiâ, vigore,
Perge, virtutes imitans paternas,
Damna fraterna reparare mortis,
Carole Princeps.

Sic duint longam tibi fata vitam,
Patrios vt ſedes ſuperas petentis,
Serò, ſed ſumas ſemel auſpicato
Regia ſceptra.

Viâtor, Marmor sepulchrale.

V. Quis iacet hic? M. Princeps. V. Gandẽ quo nomine? M. Dictus
Henricus nobis, & Fredericus erat.
V. Dic, Cuias? M. Ortu Scotus. V. Cuiusq̃? M. Iacobi
Filius. V. At qualis? M. Dicere nemo potest.
Artubus & speciosus, & Artibus ingeniosus,
Corpore formosus, Corde animosus erat.
In quo virtutum, quarum fuit aemulus, vno.
Octo Henricorum certa Synopsis erat.
V. Ætatem scitor. M. Compleus, modò dempseris vni
Bisdenos annos, funere mersus erat.

Ad Manes Principis desideratissimi Henrici.

NOn ego virtutum praeconia iusta tuarum,
Grandia nec tenuis gesta Poeta canam.
Dignum opus hoc alys, qui carmina sola Cothurno
Digna Sophoclaeo, digna Marone canunt.
Adde, quòd & laudum (Princeps) meminisse tuarum
Ingeminat curas, tristitiamque nouat.
Dignus es eulogijs, Elegis sed nostra Camena
Te deflet, modulans Exequiale metrum:
Funus erat fanus, tibi latum, flebile nobis
Lethum, Pneuma Polus, Somaq̃ Σῆμα capit.

N

Non te Sarcophagus, Non Capsula captat onantem,
Capsa capit corpus, Mens redit, unde venit.

In Nuptias celsissimi Principis FREDERICI Comitis Palatini ad Rhenum, & sereniſſimæ Dominæ ELIZABETHAE IACOBI Potentissimi magnæ Britanniæ Franciæ & Hiberniæ Regis filiæ.

ECce! Succedunt querulo dolori,
Nuptiæ Rheni Comitis potentis
Filiaq; Alti Britonnum Monarchæ
Elizabethæ.

Gaudium mœstas sequitur querelas;
Halcyon sauas veluti procellas,
Iamq; Hymen vernans hyemis resareit
Flebile damnum.

Planctibus qui iam resonabat Æther;
Plausibus gentis reboat Britannæ,
Cursibus gaudent Proceres Equorum,
Plebsque choreis.

Principis funus modò qui gemebam,
En! onans carmen cano Nuptiale,
Corda dum mulcet modulis canoris
Musica chorda.

Candidos soles, cumulumque honoris,

Gaudium plenum, sobolemq; magnam;
Nestorisq; annos precor his iugali
Fadere iunctis.

In nuptias easdem Epithalamium.

CVria ouans, Respublica læta, Ecclesia plaudēs
Principe, Atlante nouo, Diuini Vindice cultūs
Hostibus, Angligenis, Germanis Rheno-politæus
Terribili, meritò laudando, iurè colendo,
Condecorata recèns, magè firma, beata repentè
Concelebrat tedas, exultat, Carmina cantat.

Qua modo tabificis expalluit Anglia curis,
Interitum lugens, O Frederice, *tuum:*
Psallit ouans, pulsatq; lyras, ducitq; choreas,
Connubium celebrans, ô Frederice, *tuum.*
Exitialis Hyems orbauit Principe *Wallos,*
Nos Spe, Scotigenas Lumine, Prole patrem:
At genialis Hymen, reparans hyemalia damna,
Wallos, Nos, Scotos, teque Iacobe beat.
Temporibus gestit Populus præsentibus, vnde
Temporibus gestat Myrtea serta suis.

Angligena, Rhenopolites.

A. ILle quis est, nuper qui nostris appulit oris?
R. Princeps *Elector* dicitur, atque Comes

A. Qui

A. *Quod proprium Nomen?* R. *Fredericus.* *A. Cur ve-*
R. *Consortem vt possit conciliare tori.* *(nit ad nos?*
A. *Num compos voti est?* R. *Imò, Nam duxit* Elizam
Luce Valentini, Rex, Iacobe, *tuam.*
A. *Caseream elegit sponsam, vel Cesare dignam,*
Princeps *Elector rite vocatus erat.*
R. *Et meritò dici poterit lectissima Nympha,*
Quam lecto elector delegit ipse suo.
A. *Tedia iam luctus sectatur teda Ingalis,*
Et latus, lethum Principis, hicce dies.
R. Funere sublatus, reparatus munere *diuum,*
Et Fredericus *abest, et* Fredericus *adest.*

In Terræ-motum Nuptias PRINCIPVM paucis interiectis diebus, insequentem.

ESse quid hoc dicam, quòd Terra mouere videtur?
Iam, puto, preteriti conscia coniugij,
Principibusq; sacro iunctis modò fadere gratans,
Ecce! leues gestit ducere Terra choros.

Theologi, Ludimagistri.

THeiologi curant animas, Ludique magistri
Perpoliunt animos; hic labor, Illud opus.

Nil nescire *volunt hi; Nil* conscire *sed illi,*
Ambo docent Reges, erudiuntq́; greges.

Encomium Ciceronis.

MAgnus Orator, minimus Poeta,
Quo fuit nullus magè seu disertus,
Siue desertus minùs a coronâ
Inter agendum.

Tullius libris fuerit superstes,
Melleæ Suadæ quibus est medulla,
Vsque dum durat solidi rotunda
Machina mundi.

Grammatica, Logica.

CLauem Grammatice, Clauum Dialectica solet
Iure suo tenet, hinc vtraque Clauigera est
Illa, velut Clauis, Musarum limina pandit,
Ad reliquas artes munit & vsque viam,
Hæc, veluti Clauus Nauem, sic pectora nostra
Dirigit in certa cognitione rei.
Hæc tribuit methodum, tradit tamen illa loquelam,
Illa præit reliquis artibus, hæcq́; præest.
Hæc arti sua cuiq́; dabit præcepta, sed illa
Artibus omnigenis nil, nisi verba dabit.

Rhetoric

Rhetorica.

PAlmam Rhetoricæ tribuo, quia flectere suauis,
Quo velit, eloquio ferrea corda potest.

Arithmetica, Geometria.

SPectat Arithmeticæ numerum, Geometria metrũ,
Hæc reputat quantum, computat illa quotum.
Atq; solum, atq; salum eommensurat Geometres,
Dici hinc Chorometres, Hydrametresq; potest:
Omnia Arithmeticus queat enumerare figuris
(Addita si nihili sit * nota nota) nouem.

* O, Cyphra.

Astronomia.

HAec fixas stellas notat, errantesq; Planetas,
Suspiciens cælum, despiciensq; solum.
Præuidet eclipses solis, Lunæq; labores,
Pernegat at solem stare, moueare solum.

Musica.

MAsica lætificat mærentia chordula corda
Estque Melancholicis certa medela meles.
Mentis acumen hebens acuit, mentisq; cacumen

Metas

Mutat, & in numerum saxa saltare facit,
Fascinat humanos sensus modulamine suaui,
Emollitq́ feras, nec sinit esse feras.
Orphea quis nescit manes arcessere (si sit
Fabula digna fide) dulcè sonante fide?

Præceptor ad Discipulum.

NOn animaduertis quia me, mea dicta perosus,
In te animaduertam verbere, prane puer.

Discipulus ad Præceptorem.

LVdere mî discis volupe est, operisq́ leuamen:
Discere sed ludis, hoc opus, hic labor est.

Idem ad eundem.

VVlcano virgam, Plagose Didascale, sacro;
Versa est in cineres sospite clune salix.

Virgilius, Ouidius.

DIssimili scripsere stylo magni duo vates
Virgilius, Naso, suauis hic, ille grauis.
Illum maiestas decet; hunc natiua venustas,
Hic ludit versu; intonat ille metrum.

In nuperum Paricidium HENRICI Regis Galliæ.

VVlnere confossus patria Pater expiravit,
Squalluit hinc lachrymis Gallia tota recens.
Nec minus Angliacus doluit conterminus orbis,
Sic unctum Domini succubuisse neci.
Hanc eadem expallens, velut olim fercula mensæ
Dira Thyestæa, Sol stupefactus erat.
Te, Stygijs oriunde tamen Paricida camenis;
Haud perhibent sceleris panitmisse tui.

Ad Ponticum fœneratorem.

MVtua quæ dederas, solui, sed fœnora poscis,
Nec contentus abis, Pontice, sorte tua.

In Nuptias nobiliss. D. ROBERTI CAR Comitis Somersettensis, Regi a consilijs.

FIne carens digitum velut Annulus orbe coarctat:
Glutinet una duos copula fine carens.
Neque uno sociauit Hymen duo corpora lecto:

Sic

Sic quoque Corda fides vniat vna duo
Adsit [a] *eros, paruo qui tempore temperat iras,*
Quaq; ciet rixas, O procul absit [b] *eris.*

[a] Amor. [b] Lis.

Anagramma.

ROBERTVS CAR Inclitus Heros
Ter charus orbi, noster cluis.

ECce cluis noster, Saotica regione relicta,
A nostri Solis lampade lumen habens,
Ter charus *merita* (Cumes O ter nobilis) orbi,
Sicut es Angliaca, pest eris Angelico.

De Lectoribus.

SVnt, qui suspendunt nasis Epigrammata, quae
Obscuris vera involuunt, ceu carmina quondam
Quae foliis mandata dabat Cumaea virago.
Est, sale qui condita putat bene condita sola:
Cetera Maonio licet alite scripta, Cothurno
Digna Sophoclaeo, Tragicisq; strepentia bombis,
Ceu Volusi annales spernit, seu carmina Meni.
Bellua multorum capitum mea forsitan olim
Eleuet, at fama securus sibila temnam.

Ad inclytiss. D. FRANCISCVM CLIFFORD Comitem Cumbriæ.

TE comem *natura facit*, Comitemq; *propago*,
Magnanimum virtus, Relligioq́ pium,
rtutis Speculum quò sis spectabile cunctis,
Gratia Naturam dirigit vsque tuam.

Ad Mecænatem suum illustriss. GVILIELMVM CAVENDISH Equitem.

TV candore *tuo, toto propè notus in orbe es:*
Orbe, cui nomen Candida *saxa dabant.*
andida *nomen habet*, Candore *notabilis ipso,*
Gens tua, Candidulis *moribus vsque cluens.*

Ad D. RICHARDVM MVSGRAVE Equitem, & Baronetum digniss.

EST innata tibi Maiorum ex traduce virtus
Bellica, magnanimos qua superabis Auos.
Nec minùs ingenij clarescis acumine, quod sit
Gratius, e pulchro corpore *quippe* venit.

Ad

Ad Mecænatem quendam.

OPtime Mecænas, me cænis paſcere lautis,
Ingenijq; ſoles participare ſalis:
Vtque tuis corpus dapibus perſæpe refotum eſt:
Sic mea mens, ten ſtos ſole, refecta ſale eſt.

In Caluum maledicum Obtrectatorem.

VIx oues flocci, quibus eſt ademptum
Vellus, vnius facit æſtimator;
Vix pili linguæ petulantis iram
æſtimo Calui.

In Neronem.

CÆſar dictus erat primus, quia matris ab aluo
Exciſus (ni me fabula fallat) erat.
Tu quoque Cæſar eras, qui cædi iuſſeris aluum
Matris, vt inſpiceres viſcera ſecta, tua.

In Auarum quendam.

TE raro, aut nunquam retinebunt ſtrata ſupinũ,
Nec placidâ poterit nocte quieſcere frui,

Τὶ φιλοχρημοσύνην κακότητος μητερα vites,
Quæ te sollicitum nocte, dieque tenet.

In Germanicum Pseudologum.

GRammaticæ partem, Germanice, disce * *secundã,*
Nec sit Hyperbolicus sermo, nec æquiuocus.
Consona vocali sit cordis chordula lingua,
Sitq́ index animi vera loquela tui.

* Etymologiam.

Ad studium Bibliorum Parænesis.

Ad Mm AMBROSIVM FISHER amicum suum intimum.

DIa salutiferi tradit mysteria verbi
Hic liber, Ambrosiâ pectora nostra rigãs.
Hunc lege iudicio, præiudiciumque relega,
Inde superstitio nulla superstes erit.

In Græcinum Caluum & Ebrium.

TEmpora mutantur, tu non mutaris in illis,
Tempora *nam nunc sunt calua, Pilosa priùs:*

At

At non mutantur mores (Gracine) vetusti,
Tempora *nam vinis usque rigare soles.*
Gracine, es Græcus, nam pergræcaris abunde;
Hebræus *nolis*, Ebrius *esse velis.*

In spurium quendam.

NEmo tui casum gignendi vendicat ipsi;
Est pater ignotus, filius inde nothus.

In Pannicum ebriosum.

PAnnice, cottidiè plenos haurire culullos
(Te, tibi nam cordi est, ebriulare) soles.
Esse bonum Medicus stomachum vult claudere sicco
Tu succo melius pandere (Pote) putus..

In Momum.

QVi nauci pendis, naso suspendis adunco,
Quiq; aliena nigro rodere dente soles.
Vsque licèt rodas, indulgens naribus uncis
Nil moror inuidiam (Liuide Momе) tuam.

Biantis consilium.
Ad Alanam.

FOrmosam si te speculum monstrârit, eandem,
Eia, age, qua formam condecorare queant:
At si deformem; morum speciosa venustas
Defectum forma penset, Alana, tua.

Christus ad Peccatorem.

CRede mihi quamuis tu crimina mille patrasti,
Ipse dedi pœnas, tu modò crede mihi.

Peccator ad Christum.

ME cruciis (ecce!) cruor purgat, me vulnera sanãt
Lethum latificat, vinificatq; tuum.

Peccatum & fides.

PEccatum nos ad fauces graueolentis Auerni
Deprimit; in cælos eleuat inde fides.

Bellicis licuis pacalis
Oliua anteferenda.

PAx pia, non fera lis, fœdus, non horrida pugna
Otia fert terris, et fugat insidias.

? Versus recurrentes.

Fides.

SOlùm iustificare fidem, concedo libenter;
At nego, quæ sola est, iustificare fidem.
Hæc, quæ iustificat, mihi fructifera esse videtur,
Hancq́ bonum nunquam non comitatur opus.

Ad Pontilianum Histrionem.

PErsonam, sexum, mores mentirier audes;
Mentiri credens scilicet esse tuum.
Hoc vnum tantum: te non mentirier ipsum,
Tu non mentiri (Pontiliane) potes.

Ecclesiæ querimonia de diuersis opinionibus, & expositionibus huius Articuli: Christus descendit ad inferos.

DIstrahor in varias anceps Ecclesia partes,
Dum sua Doctorum dogmata quisq́ tenet.
Descendisse putat Christum pars maxima in Orcu
(Est vbi flamma furens, & sine fine dolor)
Multi in nescio quem limbum (quo pneumata mu
Sanctorum patrum clausa fuisse ferunt)

Ne

Nonnulli in terræ gremium, ſeu viſcera (namq;
Infernum tumulum ſignificare volunt)
Iuit in infernum (Caluino interprete) Chriſtus,
Inferni pœnas in cruce quando tulit.
Materiam tantæ cupiens pars tollere litis,
Hunc fidei Articulum pernegat eſſe ſuæ.
O vtinam poſſet tantas componere lites,
Conſilium fratrum, conciliumue Patrum.

In Meretricem ſuperbientem.

QVid pulchros iactas crines, vultûſq; decorem,
Sunt vbi purpureis lilia miſta roſis?
Tempora erunt, quando canescent tempora pulchra,
Annus erit, quando conſpicieris anus.

In Cornutum quendam.

ARmigerum Coniux te fecit, non generoſum,
Accepta vxori, quæ geris arma, refer.

In Nalum Hydropicum.

VT Dido accenſos extingueret ignibus ignes,
Quâ ſe deſtruxit, ſtruxerat ipſa pyram;
Humore humores, ſitibundo hydrope laborans,
Vt clavum clauo pellere (Nale) cupis.

In Alanum Sacerdotem.

Fastum regalem sequeris, pastumq; gregalem
Negligis, ô Pastor desidiose nimis!
Litibus ignaros varijs vexare Paracos
Diceris, ô Pastor litigiose nimis!
Dum quaris decimas, animas amittis, Alane,
Ouaq, dum non vis perdere, perdis oues.

In Meretricem quandam, Anum.

Hoc facit, vt quæstus *facias, quòd anilibus annis*
Non quæstus *facias corpore, turpis anus.*

Spectrum, Echo.

Illud imago rei, quam tute videre videris,
Hæcq; repercussæ vocis imago tuæ est.

In Cottam Hydropicum.

Hydropis morbo sitibundus Cotta laborans,
Semper eget liquidis, semper abundat aqui

Iniquitas temporum.

COgitur (heu!) pauper ſua linquere prædia, ſiunt
Arua, lata virûm paſcua lata bouûm.
Olim Magnates pecudes mactare ſolebant,
Paſcere quò poſſent millia multa virûm:
At vice mutatâ, pecudes quò paſcere poſſint,
Prædia prædantes, interimunt homines.
Olim Aries bellans concuſſit mœnia; at vrbes
Nunc Aries ipſas depopulatur edens.

Tres Clerici.

CLericus eſt triplex; exponens Biblia ſacra
Presbiter eſt primus, Scriba ſecundus erit.
Tertius at fictο Dingdongus *nomine dictus*
Campanæ a ſimili, quem ciet ipſe, ſono.
Primus pro populo fundit pia vota, Secundus
Syngrapha conſcribit, Tertius inquit, Amen.

In Philoſophaſtrum quendam.

QVærenti, vomitum cur vnda marina creabit,
Tu mihi reſpondes, Eſt quia ſalſa nimis.
Carmina ſed vereor mea ne faſtidia cuivis
Lectori pariant: Sunt quia ſalſa parum.

In illud Vergilianum.
Auri sacra fames.

AUri sacra sitis potiùs potabile quòd sit,
Nam sitis est potûs dicta, cibiq; fames.

Ad Amicum suum.

PRodigus aris eris miser, insatiatus auarus,
Laudatus, miseros si modò Liber-alis.
In medio virtus; tua quam contingere certet
Nec prælarga nimis, nec nimis arcta manus.

Ad D. EDVVARDVM COKE Equitem Iurisprudentiss. Iudicem, Regiæ Maiestati a Consiilijs.

O Qui iure eluens, fastigia scandis honorum,
O qui iuridici gloria summa fories,
Qui dignum imponis, meritum supponis vbiq;,
Suppliciumq; *malis*, subliciumq; *bonis*:
Hac cape, qua supplex tibi consecro tennia liba:
Pinguius altari thus adolebo tuo.

Ad D. *Franciscum Leake* Equitem, & Baronetum digniss.

QVi fueram quondã tibi cognitus (inclyte Miles)
Indignus quamuis, agnitus esse velim;

Hin

Hinc præsens mea Musa tibi tetrastichon offert,
Te memorans, memorem quem fore spero mei.

Pater ad Filium.

NAte minas poscis? do millia multa minarum;
Mille minor, maior, verbera, nate, nati.

Two Negatiues make an Affirmatiue.

De Paulo, & Paulinâ.

PAulinæ Paulus cum sollicitaret amorem,
Bis fastiditus, bisq; repulsus erat.
Rursus (amore ratus se nunquam posse potiri)
Noluit ad dominam flectere Paulus iter.
Quod simul audierat, Paulo Paulina iocosa
Scripsit, se veterem velle videre procum,
Bisq; negando, semel sese affirmare probauit,
Assensus simplex namq; repulsa duplex.
Colligit hinc animum Paulus, latusq; reuersus,
(Ecce!) sui voti (nec mora) compos erat.

In cornigerum quendam.

QVi nescis reliquas, vna hæc tibi nota bicornis
Pythagoræ, fronti litera fixa tuæ.

Ad Iuuenem quendam, qui relictâ Academiâ ad Hospitium Graiense se nuper contulit.

TV Genus, & Speciem *linquis, studiumq; capessis*
Quod plures solidos, plura talenta ferat.
Tu, modo Magiri, Casiq; volumina voluens,
Qui Logica studijs immoriturus eras:
Iam ponis casus, et causas discere discis,
Postponens Casum *casibus vsq; tuis.*
Scaliger antè tibi cordi, & subtilis Aquinas,
At iam Ploudenus, *magnaque charta placet.*

Ad Cinnam.

SCribere quî poterus ad me pede (Cinna) soluto,
Compede qui cinctus, qui pede vinctus eras.

Ad D. Ioannem Molinevx Equitem & Baronetum.

TE Mecanatem Philamusus, Praco Patronum,
Laudat Herum famulus, munificumq; virum.
Contingat bellum, seu pax; in vtrumq; paratus;
Castrorum strepitum, Castalidumq; choros.

Ad Magistrum NETHERSOLE Oratorem disertiss. Cantabrig.

IMmortale tibi nomen * laudatio *quamuis*
Principis Henrici *conciliare potest;*
Qua, seu Melpomene linguam, seu Suadæ labella
Moverat, in gemitus solverat ora virum:
Attamen (Orator) nostris patiare papyrus,
Quo magè clarescant, nomen inesse tuum.

* Oratio edita de vitâ & morte Principis Henrici, cui titulus, *laudatio funebris.*

Ad Ios. SYLVESTREM Poetam ingeniosiss.

ESt oratori (*quod conspicis, ecce!*) poeta
Finitimus, *cuius tibia grande sonat.*
Non hic Sylvestrem *meditatur arundine Musam*
Sylvester, Clarij *gloria clara chori:*
Atqui cælestem *Phœbo adspirante, Camenam,*
Enthea Sylvestris Calliopeia canit.

Ad

Ad Mm Ambrosivm Apelby Iuuenem ingeniosissimum.

Poma quid Alcinoo? Quid dem tibi carmina, qui
Scitiùs, & citiùs pangere metra soles?
Tu sale Cant'brigia conditus, & arte politus,
Αμβροτ& Ambrosiâ tu saturatus eras.

Ad eundem.

Nos eadem docuit pueros schola grãmata primu
Quo bene conceptus tempore capit amor,
Nos eadem instituit Iuuenes Academia nuper,
Quo priùs inceptus tempore, crevit amor.
Ex quo rure sumus versati, Helicone relicto,
Glutine maiori corda ligauit amor;
Hic senibus nobis, faxit Deus, vsque virescat,
Detq; tui nobis Nominis * omen, Amen.

* τον ἀμβροσιαν, siue immortalitatem.

In Sutorem quendam.

Virgineam (Sutor) zonam cum solueris olim,
Tunc vltra crepidam progrediere tuam.

Ad Amicum quendam Cælibem.

COniux, an Cælebs felicior esse putetur,
Nescis: Iudicium quæris, Amice, meum.
Est longè cælebs, longeq́; beatior illo,
Qui, ne dicatur Corniger, vsque timet.
Hic vitam ducit cælestem: Ast ille scelestam,
Quam modo duxit, heram vix aliquando trahit.
Hic non distractus curis, sibi consulit vni.
Huicque theorema est sæpe τὸ ῥῆμα θεῦ:
Illum mille premunt curæ, dum prospicit vnus
Vsque sibi, vxori, pignoribusque suis.
O te felicem nimium, bona si tua norîs!
Tædia nam tedæ, coniugiumque iugum est.

In RAYSEVM furem famosissimum.

CEreus in vitium flecti, tu cerite cerâ,
Tu brevibus Gyaris, Raysce, dignus eras.
Præcoqua præcedens properauit funera funis,
Funis funestus, qui tibi finis erat.
O tu qui superes, si bacchanalia viuens,
Quæ tua sunt perdis, haud aliena clepe.

Eiusdem

Eiusdem sermo ad Socios.

*O Socij (neq; enim nos hi latuere dolores)
O passi mala fata! Dabit deus his quoq; finem.
Per varios casus, & tot discrimina rerum
Tendimus in laqueum: sedes vbi fata molestas
Ostendunt, illic fas colla refringere nostra.

*Verg. 1. Æncid.

O socij (neque enim ignari sumus ante malorum)
O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem.
Per varios casus & tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes vbi fata quietas
Ostendunt, illic fas regna resurgere nostra.

In meretriculam infæcundam IANAM SHORE.

SEmine non tumuit matrix tua, perdidit ergo
Atque operam, atque oleum, littus Adulter aras.

In eandem.

ARma tuo Sponso, panasq; deinde dedisti,
Quam miserâ infamem fama perire fame est.

Echo

Echo Auari.

Quid ſatiet cor? Or. *Vis artibus eſſe refertus?*
Refartus. *Quanti mox Philomuſus erit?*
Mus erit. At qualis tibi viſus bardus Arator,
Vomere diſſindens arua Colonus? O'vo.
Spernitur Orator, Pauper ſordeſcit Arator,
Iam cedit virtus diuitijs, vitijs.
Viſne triumphalem laurum? vox aſſonat, aurum,
Quid tibi viſum honos? Ingeminabat, onus.
Quos igitur quaſtus quæris? Reboauerat, æris.
At tibi Muſarum fons placet, inquit, acet,
Dis tibi donet opes Plutus, mentiſq; lenamen:
Echo reſpondens garrula, dixit, Amen.

In obitum præmaturum CHRISTOPHORI APELBY Generoſi, qui iacet ſepultus in Templo Stⁱ Romaldi in Com Ebor. Carmen διαλογικον inter Viatorem, & Lapidem ſepulchralem.

Quis ſitus hoc tumulo? L. *Iuuenis.* V. *Quo nomine?* (*ne dictu?*
L. *Carminis* (*en!*) *titulo nomē ineſſe uides.*
Die, ubi nutritus? L. *Spatiū ſexenne ſtudentem*
Cant'brigia Aonidum lacte fouebat eum:

Fata

Fotus vbi linguas varias callebat, & artes;
Ast obijt, lachrymas hinc ego fundo lapis.*
* Obijt 23. Febr. 1608.

Ad Manes eiusdem.

EXequiale metrum post funus confero munus,
Nam nunquam serum est hoc pietatis opus.
Optaui quoties, spectans molimina magna,
O si longa tibi stamina parca trahat!
Per te, si superesset enim tua vita fuisset
Gentis Apelbaa condecorata domus.
Sape tua in Logicis mirabar mentis acumen,
Tam subtilis eras, tamq; disertus eras!
Qua Plato, qua Stagirita sophus, qua Ramus acutus
Tradidit, hac crebrò tu meditatus eras.
Cui pietas, virtusque simul moralis inhasit:
Rexerat hac mores, fixerat illa fidem.
Quid moror eulogijs, quorum si ambage tenebor,
Vt Labyrinthus *erit, sic* labor-intus *erit?*

Cadauer.

ESt caro vermiculis data, dicitur inde Cadauer,
Quòd ne cadat terra in viscera nomen habet.

Screm

Strena.

Ad M. RICHARDVM WHALLEY Armigerum Patronum suum benignis. Cal. Ian. 1615.

ANgligenis mos est antiquus mittere strenas,
Quando bifrons annum Ianus vtrumq; videt
ant alij conchas, adamantas, Iaspidas; ille
Pinnigeros Pisces, penniger as hic aues:
lst ego (quod possum solùm) tibi carmina pauca
(Namq; mihi desunt cætera dona) dico:
Quæ si (quem sibi vix mea musa expectet honorem)
Visere digneris, fors meliora dabo.

Ad doctissimum virum ROBERTVM SNODEN. S.S. Theologiæ Doctorem.

QVã bene candidulæ niueũ (*celeberrime Doctor*)
Nomen naturæ *consonat* hocce tuæ!
e sanctum tua vita probat, te sermo scientem,
Teque supercilium, consiliumq; grauem.
lna in te culpa est, quòd longa volumina Patrum
Dum legis, heu! vires negligis ipse tuas.
ngenium ingenuis dum perpolis artibus, ehen!
Fraudatur genius, cor quoq; cura coquit.
racoci properos producit vertice canos,
Et nimius rugis exarat ora labos.

His

His apinis igitur studio grauiore relicto,
Quæ mentis dirimant tædia mæsta, vaces.

Ad D. THOMAM RIDGLEY Medicin Doctorem.

HÆc tibi liceat paucas (perdocte Machaon)
Nomine pagellas condecorare tuo:
Quas fors (quod mihi vix ausim promittere) quando
Succisiua tibi suppetet hora, leges.
Vndiq; te accersit Patiens, adhibente medelas
Viuere te vidi, qui moriturus erat.
Tu mihi, quæis sensim corpus reualescere sensi,
Febre laboranti pharmaca certa dabas.
Mitto tuas artes, linguas, encomia. Malo
Quam de laude tua dicere pauca, nihil.

Ad D. JOANNEM ATKINSON Medicinæ peritiss.

QVam mihi tu dederas quondam, tibi dico salutem,
Reddere lingua potest non dare nostra manus.
Ars tua fœlicitas Parcas persæpe fefellit,
Spante quibus fessis otia nulla facis:
Illæ quando necis prognostica multa videntes,
Te credunt fusos euoluisse satis;

Protrahi

Protrahis en vitam, Nendi sic vsq; labores
Iratis Parcis ingeminare soles.

Ad doctiss. virum THOMAM WHALLEY Collegij Trin. Cantabrig: Socium Seniorem.

DIa quid abscondis Pluteo? Quid promere scripta:
Scripta, rogo possis quæ is supereſſe, negas?
Non ideo tibi tot linguas, arteſq; celebres,
Non oracla dei mystica scire datum est,
Quò tibi per placeas vni, totidemque tenebris
Obsita Cimmerijs dona latere sinas:
At virtus, velata licèt, tamen vsque refulget,
Arsque tua in latebris, te prohibente, micat.
Quæ magè quò rutilet, radios exprome cerebri,
Ingenijque iubar clarius ede tui.

Ad D. GEORGIVM BINGLEY Theologum doctiss.

PErpetuis quid pergis adhuc palleſcere chartis,
Et quasi cum Genio belligerare tuo?
Respires paulisper (amant alterna Camœnæ)
Ludicra, quæ lusit noſtra Thalia, legens.

Ad M. Fran. Apelby.

CVi Musæ hospitium Graiæ *Latiæque dederunt*
Graiensis *cur nunc* Hospitij *hospes eris?*
Siccine, quæ baccis lauri *tua tempora cinxit,*
Cant' brigiæ poteras dicere sponte, vale?
Artis vbi gnarus, iunxisti Græca Latinis,
Ethica cum Physicis, Historicisq́; legens,
Macte nouis studijs, Olim te densa Clientum
Cinget turba, Decus quem fore spero fori.

Ad eundem.

O Qui floridulæ Decus Iuuentæ es,
Mellitissime Amiculûm meorum,
Cui lanugo genas decentiores
Circum serpere mollicella cæpit,
Has paucas tibi dedicem camænas
Nugas, quisquilias, ineptiasque,
Burrhas, affanias, inaniasq́;
Quare, si tibi detur otioso
Paulum temporis, impolita metra,
(Quod possis citò) da repumicata.

Ad grauiss. virum M^m G. TVRVM Theologum.

TVne meis nomen fœlix intexere chartis
(Quêis honor accedas) me patiere tuum?
Audebóq; tuis Musis, velut anser oloris,
Noctua luscinia cantibus obstrepere?
Nec mea me studijs interposuisse pudebit
Vana sacrosanctis (vir reuerende) tuis?
Scilicet a curis, quibus immoriere, cupitis
Abstrahere alterna te vice, velle meum.
Mitte tuum genium fraudare, litaque Vacuna,
Vt rude donatus, miles vt emeritus.

Ad doctiss. virum Magistrum PETTY Collegij IESV Cantabrig. Socium.

DOcte vir, hisce meis meritò memorande papyris,
In cuius cerebro diuus Apollo cubat,
Cui salibus sermo, cui lingua lepore redundat,
Mellea cui sacro Nectare labra madent:
Hæc tibi, quando vacat, schedia smata dono legenda
Pleraq; quæ risum fors tibi lecta creent.
Non aliud Xenium tibi conuenientius esset,
Qui gandere soles commemorare sales.

Lib.

Liber de se ad Candidum.

Parvus vt in lucem venio; sic vaneo paruo,
Me brevis ingratum pœna legentis erit:
Sive Cloacinæ lacer is ero victima chartis,
Accendam tubulos sive, Tabacce, tuos,
Non ego censuræ populi, non deprecer iras,
Vnius applausum, Candide, posco tuum.

FINIS.